

LANDESWETTBEWERB ALTE SPRACHEN 2008

LATEIN

A. Übersetzung

Auf dem Weg ins Heilige Land

In seinem „Itinerarium ad sepulcrum Domini nostri“, einem kleinen Reiseführer für einen Freund, schildert Francesco Petrarca (1304-1374) Sehenswürdigkeiten der Pilgerfahrt nach Jerusalem.

Proxima in valle sedet ipsa Neapolis, inter urbes litoreas una quidem ex paucis. Portus hic etiam manufactus; supra portum regia, ubi, si in terram exeas, capellam regis intrare ne omiseris, in qua conterraneus¹ olim meus, pictorum nostri aevi princeps, magna reliquit magnus et ingenii monumenta. Haec est civitas, ubi Vergilius noster liberalibus studiis operam dedit. Hic se carmen illud Georgicum scripsisse, hic se ignobili otio floruisse verecundissime memorat. Hanc dulcem vocat ille Parthenopem, id enim est aliud de nomine conditricis nomen civitatis.² Demum peregre moriens inter extrema suspiria suae meminit Neapolis et huc revehi optavit, ut, quam vivus amaverat, vita functus incoheret.

Hinc tandem digresso biceps aderit Vesuvius, vulgo Summa monti nomen, et ipse flammas eructare solitus. Ad quod olim spectaculum visendum cum experiendi noscendique cupidine perrexisset Plinius Secundus, vir scientiae multiplicis et eloquentiae floridae, vento cinerem ac favillam excitante compressus est: miserabilis tanti viri exitus! Sic Neapolis hinc Mantuani, inde Veronensis³ civis ossa custodit. Mons est autem multarum rerum, sed imprimis vini ubertate mirabilis, quod Graecum ideo dicitur, quia illa pars Italiae a Graecis possessa olim Magna Graecia dicebatur. Hinc ad dexteram Capreae insula relinquitur, asperrimis rupibus circumsepta, secessus infamis senilium Tiberii voluptatum et officina saevitiae. Pulcherrimus terrarum tractus⁴ ad laevam Pompeios et Herculaneum habuit, celebres olim urbes, nunc inania nomina, quas terremotibus eversas Seneca inter ceteros teste didicimus.

¹ conterraneus, -i: ein Landsmann

² Parthenope, -es f: alter Name der Stadt Neapel, der Sage nach von der Sirene Parthenope gegründet

³ Petrarca glaubte fälschlicherweise, der in Como geborene Gaius Plinius Secundus stamme aus Verona.

⁴ tractus, -us m: hier der Landstrich

B. Zusätzliche Aufgaben

1. Die folgenden Verse eines neulateinischen elegischen Distichons von Johannes Secundus sind durcheinandergeraten.
 - a) Rekonstruieren Sie das ursprüngliche Gedicht, indem Sie die Zeilen wieder in die richtige Reihenfolge bringen und die Verszahlen in der richtigen Folge auf Ihr Arbeitsblatt schreiben!
 - b) Auf welches klassische lateinische Gedicht wird hier angespielt?

anxius exquiram, quid de me quisque loquatur? (1)
Basia lauta nimis quidem me iungere dicunt, (2)
Ergo ego cum cupidis stringo tua colla lacertis, (3)
Ipse quis aut ubi sim, vix meminisse vacat. (4)
lux mea, basiolis immoriorque tuis, (5)
qualia rugosi non didicere patres. (6)

[7 BE]

2. Um welche deutschen Sprichwörter handelt es sich jeweils?
 - a) Tunica propior pallio est.
 - b) Alterum pedem in cyba Charontis habere.
 - c) Contra torrentem niti.
 - d) Assidua stilla saxum excavat.

[4 BE]

3. Erschließen Sie den Inhalt des folgenden lateinischen Graffito!
[Hinweise: „Prim(a)e hier Eigennamen; „isse“ für „ips(a)e“]

[4 BE]

SECVNDVS
PRIME SVAEVRI
AVEISSE SALVTEM
ROGODANNA
VTMAMEI